Nō em ē in ore hoīm tanti boni reponenda custodia: sed in abscōso cordis tui: vt sit gloria tua testioniū pscie tue. Non hoc dicim⁹ vt nō luceat lux tua corā hominib⁹ ⁊ glorificent pfem vrm qui in celis est: sed ne intentionē tuā in vilis glorie breuitate recondas. Nihil em infelicius q̄ hic carnez macerare ieiunijs: vigilijs affligere: ⁊ hic accipe gliam illic gehennā. Licentiose vero facienda ē: qz quicq̄d fit pastoris licētia: gratiosius ē in cōspectu dei: ⁊ illā hostiā singularīē accipit altissimus q̄ nō est de ppria sntia voluntatis: sz de pcipientis offertur imperio. Multū em valet ad refellendā superbiā ppie voluntatis exclusio: quā extirpare nō pōt: qui mūdi hui⁹ diligit vanitatē. Discretio aūt in hac districtione tenēda est: ne dū nimis flagellare cupim⁹ salutē pdamus: ⁊ dum hostē stringere querim⁹ ciuē occidam⁹. Considera corp⁹ tuū: ⁊ corporis tui possibilitatē: intuere carnis cōplexionē: impone modū tue districtionis. Custodi corpus tuū incolume: ad obsequium creatoris. Multos vidimus ita in principijs carnē suā verberasse ⁊ discretionis infregisse repagula: vt inabiles laudū solēnijs redderentur: ⁊ lautiorib⁹ diuturnis fouerētur tempib⁹. Sext⁹ grad⁹ est correctio operis in apparatu: sed ⁊ ipe numero trinitatis cōsecratus: vt tibi malum non facias: alteri non noceas: nec cōsentias nocenti. Exptus es q̄ fragilis sit voluptatuz immersio: ⁊ tu iterum vadis illuc? Animaduertisti qz transijt voluptas: et peccatū remansit. Repme pedem ab infandis itineribus: imundissime libidinis collo substerne: ne sit iniquitas in manibus tuis. Deseuienti gule solēnes epulas: ⁊ vana rescinde colloquia. Auerte oculos ne videant vanitatē: obtura aures tuas ne audiant sanguinē: ⁊ tunc dicere poteris: castigans castigauit me domin⁹. Quid aūt pdest infra rectitudinis lineā: tui curs⁹ opera cohibere: si alijs nocere desideras? Qui non fecit primo suo malum: ⁊ opprobrium non accepit aduersus primos suos: requiescet in monte sancto dei: accipiens benedictionē a domino ⁊ misericordiā a deo salutari suo. Non autē te inocentē presumas: nisi impios ⁊ contra virtutē gradientes quāta poteris auctoritate redarguas et opponas te murū p domo israel: castigās te non nocēs alteri: nec nocenti psentiens. Vera est em illa sntia. Qui cum emendare possit negligit pticipē se pculdubio constituit. Cū em causa dei ventilatur in mediū: ⁊ falsitas pponitur veritati: qui cū psona quā gerit non resistit: de suo damnabīē silentio. Septimus grad⁹ est pseuerantia: sed ⁊ ipa trinarij numeri sanctificatione dicata. Perseuerantiā nāq̄ faciunt imitatio sanctoꝝ: breuitas tempoꝝ: fragilitas corpoꝝ. Quid nanq̄ pati non possis cuz videas: iuuenes: pueros virgines: an⁹ senes decrepitos: diuersa p xpo non solum excepisse: ⁊ exquisisse tormēta? Considera pueroꝝ etatem: iuuenū ignem: virginū teneritudinē: anuū fragilitatē: senū infirmitatem impossibilitatē decrepitoꝝ: ⁊ vbicunq̄ reflexeris oculos: inuenies in his etatibus multitudinē exemplorum ad palmā martyrij viriliter cucurisse. Nunq̄d de eodem luto formatus es tu: ⁊ eodem spū inspiratus? Et forsitan non ingruit psecutio vt martyrium patiaris: nec dānaris si xpo seruis: imo laudaris ⁊ ab omnib⁹ pdicaris. Qd ⁊ si psecutio iminet: ⁊ temnēda est ppter breuitatem. Bene em natura pūidit: que nullū dolorez vel longū vel magnū esse demonstrat: si em magnus est: longus esse nō potest. Coniunctio em corpis ⁊ anime exquisita diu tormēta nō sustinet: sed stuporis magnitudine tremefacta: summa velocitate dissoluīē. Magni ergo animi est magna tormenta cōtēnere: que in breui tantā pariunt mutationē: vt de labore ad requiē: de miseria ad gloriā patientē faciunt euolare Consideranda est em fragilitas corpis: quā sepe aut aliq̄s leuissimus casus: aut cadētis febricule cumulata cōgeries breui possunt suffocare momento. Tribue ergo virtuti si necessitas fuerit: qd q̄nq̄ debes necessitati p breui piculo sempiternū premiū adepturus. Vides ergo q̄ difficilis sit via psessionis ad currendū: q̄ multiplices semite ad tenendū. Ve z est qd ille tantus ecclesie magister ait. Facilius inuenies eos qui innocentiā seruauerunt: q̄ q̄ ⁊ gruā egerūt penitentiā. Hec de via cōfessiōis pro modulo nostro locuti sumus: sublimioribus sublimiores sententias reseruantes. Letez obedientie viā sub alio sermonis pncipio aperire tentab⁹mus: ne vnq̄ in fastidiū veniant verba domini saluatoris: qui est benedictus in secula. Ambros⁹

De virtute obediētie et ei⁹ gradib⁹

Dn possumus nos cogitare aliquid a nobis q̄st ex nobis: sed sufficiētia nostra ex deo est. Quid enim in hoc vase testeo ⁊ fragilitate cōplexionis humane cogitare sufficit spūs carcere inclusus: peccato corrupt⁹: depressus terrenis? Corp⁹ us em qd corrum

pit aggrauat animã: ⁊ deprimit terrena in/
habitatio sensum multa cogitantez. Benig/
nus tamẽ est spũs sapientie: qui ⁊ spm̃ inclu
sum illuminat: corruptũ sanat ⁊ alleuat de/
pressum. Est em̃ spũs pietatis cõpeditos sol
uens: cecos illuminans ⁊ erigẽs elisos. Est
et spũs veritatis qui docet nos omnẽ verita
tem: non solum aũt docet sed etiam suggerit
Suggerit videlicet vt queram⁹: docet vt in
telligamus. Ipse est quẽ dom̃⁹ iesus post
patris obedientiã vsq; ad mortẽ crucis apo
stolis suis missit obedientiẽ⁹ suis: An non ti
bi videtur singularis obedientie cõscendisse
fastigiũ: qui accepta licentia sedendi in ciui/
tate infra vnius domũcule septa ꝓclusi vna
nimiter in oratione perseuerabant? Intelle/
Act.5. xisti quia ibant apostoli gaudentes a cõspe/
ctu cõcilij: quoniã digni habiti sunt p nomi/
ne iesu cõtumeliam pati. O quantis obediẽ
tie viribus innituntur qui gaudent p xpo ad
concilium trahi? Dignitatem ducunt pro eo
cedi: gloriã querunt p eo mori: Beate aie et
abundanti maiestate spũs influentes: q̃bus
vilitas sublimitas: ꝓtumelia gloria: patien/
tia victoria mirabili mirabilitate videntur.
Abultum repleta est anima eorũ: opprobri
um abundantibus ⁊ despectio sup̃bis. Ter
nis q̃q; libera fronte pontificũ facie: phariseo
tum supciliũ: tumultũ plebis irrũpãt dicen/
Act.5. tes: magis oportz deo obedire q̃z hominib⁹
Intuere illa duo magna luminaria petrum
et paulũ ⁊ vniuersum ordinẽ apostolici sena
tus obambula: ⁊ ibi videbis obediẽtie firmi
tatem inter tormentorũ multitudinẽ viriliter
pstitisse. Nõne ipse filius regis rex regionis
illius: que cõtinuis gaudijs inclarescit: fact⁹
est patri obediens vsq; ad mortem: mortem
aũt crucis: ⁊ didicit obedientiã ex his q̃ pas/
sus est? Audisti miseriam: audi ⁊ coronam:
vidisti periculũ. vide premiũ: attẽdisti infir/
Phil.2. mitatẽ: attende potestatẽ: Propter q̃ inq̃t
et deus exaltauit illum: ⁊ dedit ei nomen q̃
est sup omne nomẽ. Sed taceamus interim
de illius obediẽtia: que singulari p̃rogatiua
claudit ⁊ significat. Procedat in mediũ ma
gnus ille patriarcha: fidei lumen obedientie
forma: iusticie principatus. Audit ab omni
Gen.12. potente: egredere ꝺ terra tua: ⁊ de cognatio
ne tua ⁊ de domo patris tui ⁊ veni in terraz
quã monstrauero tibi: ⁊ ad vnius iussionis
vocem patriã fugit: relinquit parentes: de/
serit hereditatem: ⁊ aliorum fines hospes in
greditur nouus. Abagna res: ⁊ primitiue
dignitatis priuilegio in patre multarũ genti/
um cõsecrata. Primus primum suis facultã
tibus renunciat: ⁊ obedientie viam indefes/
ta velocitate percurrit: Benicq; cum accepis
set filium in senectute sua in quo totius mun
di benedictio fuerat cumulanda: dicit ei de⁹
Tolle filium tuum vnigenitũ quem diligis Gen.22.
isaac. ⁊ offer illũ mihi in olocaustũ. O quã/
ta in verbis istis amaritudo: quanta a corde
patris separatio pietatis. Iubet nanq; filiũ
occidere os ex ossibus suis: ⁊ carnem de car
ne sua: filium magne p̃missionis extreme se/
nectutis: ꝓprie mulieris: feliciter natuz: edu
catum innocenter. Et ne tenuissimũ infra pa
terna viscera doloris incendium exundaret
additur vnigenitum. Sunt nanq; multi filij
sed non vnigeniti. Iste sic est filius: vt ⁊ vni
genitus. Iste vnicus patri: vnigenitus ma/
tri: hereditati reseruatus. Ne respicias ad
ismahel: quia qui in seruitutẽ ⁊ ex ancilla ge
nitus fuerat: ad libertatem ⁊ hereditatẽ mi
nime pertinebat. Quia vero multi sũt filij ⁊
vnigeniti ſz non dilecti: ad aggerandam in
corde patris tribulationẽ ⁊ comprobandaz
in mẽte iusti obedientiã dñs subiungit: quẽ
diligis? Ut vero teneritudo patris ex meõ/
ria dilecti nois retrudesceret: ⁊ interior pie/
tas ad dilecti vocis sonũ tota ferueret: puer
nominatur ex nomine: quod vocatuz erat a
dño priusq̃z in vtero cõciperet. Vides quã
tis tribulationũ malleis abrae pietas feriat:
cui precipitur vt filium tollat: occidat vnige
nitũ: quem diligit immolet: isaac percutiat?
Abultũ tentatus: multũ ꝓbatus: a dustus
est multũ: dulcis relatio filij ad patrẽ: patris
ad filiũ. Hanc dulcedinẽ ⁊ omis affectus vi
cissitudinẽ obliuiscit abraam: sternit asinum
suũ: ligna cõponit: ignẽ accendit: eximit gla
diũ. Nõ a dño querit quare: nõ murmurat.
non cõquerit: nõ saltẽ vultũ doloris ostẽdit
sed omniũ que precipiunt ignarus: in mor/
tem filij pia crudelitate festinat. Ideo sum/
me ⁊ ammirabilis obedientie virtus i abra/
am ⁊ singularis excellẽtie predicanda. For/
tissima res est obedientia vera: ⁊ que in ani/
mũ descendere nõ potest: nisi a mundi hui⁹
aspgine sepure p̃sticq; deterserit. Ut autem
via eius euidẽtius elucescat: ostẽdam⁹ quã/
tum possumus que sit obediẽtia specialis ad
deũ: ꝓpria ad hominẽ: cõmunis inter deuz
et hominẽ. Sunt quedã summe mala: q̃daz
summe bona. Sũme bona sunt diligere deũ
amare primũ: veritatẽ loqui: nõ furtũ face/
re: nõ falsum testimoniũ dicere: non adulte/
rari: ⁊ alia multa que sermonis breuitas nu
merare phibet. Summa mala sunt eorũ cõ/
traria: et similia illis. Bona p̃cepit deus vt

faciam?: a malis iubet vt abstineam?. Pre/
cepti hui? sancta ⁊ incōmutabilis autoritas
non valet quoq; mō refelli: qz illi? ē caracte/
Malach. 3. re cōsignita qui dicit. Ego dñs ⁊ nō mutor.
Si ergo hoc ille quē imposuit dñs sup capi
ta nra aliter sētire voluerit: ponēs tenebras
lucē ⁊ lucē tenebras: vel p̄cipiat p̄dicta bōa
relinquere vel malis p̄ræfatis adherere au/
dacter refutandū est p̄cipientis imperiū ⁊ li
Act. 5. bera voce dicēdū: Obedire oportet magis dō
q̄ hominib?. Hec est specialis obediētia ad
deū que nunq̄ est homīs arbitrio ⁊ēperāda
sed incōmutabili cōseruāda ꝓposito. Certe
igit regulā tene: vt nec impio prelatoꝝ p̄di
cta bona relinquas vel facias mala. Inter
summa vero mala ⁊ summa bona quedam
media sunt ad alterutꝝ se habētia: boni ma/
liq; nomē assumunt. Media autē: ambula/
re: sedere: loqui: tacere: comedere: ieiunare:
vigilare: dormire: ⁊ si qua sūt silia: que sipa
storis licentia fiant: sūmā expectāt retributi
onē. In his igitur medijs subditi esse ⁊ obe/
diētes debem?: ad nutū p̄ꝓsitoꝝ nihil inte/
rrogantes ꝓpter ꝓscientiā: qz in his nullū p̄/
fixit opus deus: ꝗ p̄latoꝝ dereliquit impio
disponēda. Non aūt te moueat magister im
pitus indiscreta potestas: sed memēto quia
Ro. 13. nō ē potestas nisi a deo: ⁊ qui resistit potesta
ti: resistit dei ordinationi. Hec est ꝓpria ho/
minis obediētia quā homini debem?: q̄ ho/
mini subditi sumus. Cōmuns est etiam ista
Luc. 10. p̄latis exhibetur: et exhibet ei q̄ dicit. Qui
vos audit: me audit. Cū magna igit caute/
la hoc tramite dicim? incedendū, qz ⁊ multi
gradus ibidem delitescunt. quoꝝ qui vnuꝝ
reliquerit: ceteros sine retributione tenebit.
Primus gradus obediētie est obedire libē/
ter. Omnis etas ab adolescētia sua ꝓna est
ad malū ⁊ vnusquisq; voluntatē prauī cor/
dis sui sectat. Ab illa eñ prime p̄uaricatōis
angustia innatus est homī amor ꝓprie volū
tatis: que voluntatē sui creatoris relinquēs
ibi subdita est servituti: vbi voluit dñari. Dif
ficile est ergo suā relinquere volūtatē: ⁊ alie
rius volūtati deseruire. Quālibꝫ aūt graue
sit nō pōt tñ primū obediētie ascendere gra/
dū: qui voluntatē p̄cipiētis suam nō fecerit
In volūtate sua iustus gl̄iat esse dño ꝓfite/
ri: ⁊ voluntarie inquit sacrificabo tibi. Sola
ergo volūtas est que totius opis ornat effe/
ctū: sine qua etiā nec bene aliquid agit: etiaꝫ
si bonū esse videat. Ex volūtate igit suscipi
enda sunt impia prelatoꝝ: ⁊ ipm coraꝫ suis
volūtarijs reflexionib? abducenduꝫ donec
ꝓpria volūtas mactata mandatū diligat im
peratis. Hoc ē ergo libēter obedire: p̄lato
rū voluntatē volūtarie adimplere. Secun
dus obediētie gradus ē obtēperare simplici
tei. Qui ambulat simpliciter: ambulat cōfi/
denter. In simplicitate cordis querere dñm Sap. 1.
scriptura p̄mōstrat. Multos videm? post
p̄cipiētis imperiū multas facere questiones
cur: quare: q̄ hominem sepius interrogare: cre
bras ingemiscere querelas: querere q̄re hoc
p̄cipit: vnde hoc venit: quis hoc admaenit
ꝓsilium. Inde murmuratio: inde verba mur/
murationē sonātia et indignationē redolen
tia amaritudinē. Jñ frequēs excusatio silētō
possibilitatis: aduocatio alcoꝝ. Nō sic abra
am. Audi quid dñs de simplici populo pte/
stet. In auditu inq̄t auris obediuit mihi vt
videlicet ostenderet vno eodemq; momen/
to ꝓcessisse ⁊ imperātis imperiū: et obsequi/
um obsequentis. Nolite errare: deus non ir
ridetur. Murmuras cōtra prelatū in taber
naculo corporis tui: eleuat manū suā ad pre
sternendū te dextera dei. Incede igit simpli
citer in mandatis obedientie: addens volun
tati simplicitatem: intentioni illuminationē.
Fortitudo eñ simplicis via domini q̄ obedi
entia est: qui obedientes sunt: simpliciter in
cedunt. Tertius gradus est hilariter obedi
re: hilarē eñ datorē diligit deus. Non ex tri 2. Cor. 9.
sticia inquit apls: aut ex necessitate. Sereni
tas in vultu: dulcedo in sermonibus: multū
colorāt obediētiā obsequētis. Unde et gen/
tilis ille poeta ait sic. Sup omnia vultus ac
cessere boni. Quis eñ locus obedientie vbi
tristicie cernitur egritudo? Ostendāt plerū
q̄ voluntatē animi signa exteriora: ⁊ diffici/
le est vt vultū non mutent: qui mutant vo/
luntatē. Nubilosa corpis compositio: et fa/
cies tenebris obfuscata tristicie: deuotionez
ab animo recessisse signat. Respice dauid an
te archam dñi hilariter saltantē: ⁊ q̄ sapien/
ter supbientis femine reprimit indignationē
Ludam inquit ⁊ vilior ero in cōspectu dñi. 2. Re. 6.
Cernis igit q̄ necessaria ⁊ cōueniens sit hi/
laritas in obediētie executione? Quis impe/
rat libēter tristiciā efflanti? Si vis ergo ple/
ctus esse: hilariter ⁊ cū magna vultus alacri
tate suscipe iubentis imperiū vt voluntati
cordis simplicitati opis vult? hilaritatē ad/
iungas. Quartus gradus est obsecundare
velociter. Velociter currit sermo dei: et ve/
locē habere desiderat sequentē. Vides cum
quanta velocitate currit ille qui dicit: viam Ps. 118.
mandatoꝝ tuoꝝ cucurri? Fidelis obediēs
nescit moras: fugit crastina: ignorat tardita/

tem: pripit pcipiente: parat oculos visui: au
res auditui: linguā voci: manus operi: itine
ri pedes: totū se colligit vt ipantis colligat
voluntatē. Vide dñm festinater pcipiēte: ⁊
hoiem festinater obedientē: zachee inquit fe
stinans descende: qz hodie in domo tua op/
tet me manere. Et festinater descendit: ⁊ ex/
cepit eū gaudens. Animaduertisti qz ⁊ festi
nater descenderit ⁊ gaudenter excepit. Au/
disti obedientiā: audi ⁊ obediētie remunera
tionē. Quia salⁿ huic domui facta est. Intu
ere etiā ex occasiōe huⁿ obediētie ꝓclusiōis
grande mysteriū: ⁊ obsignatā signaculo mi/
sericordie sniam. Venit enī inquit filiⁿ hois
querere ⁊ saluū facere qd pierat. Nōne legi
sti q filijs israel pcipit vt agnū comedant fe
stinater? Festinater quippe veri agni come
stio signat implenda: quia verba illa q p le/
gē dedit: q p semetipm pñs exhibuit: que p
ecclesie ppositos tradēda reliquit: veloci sūt
obedientia cōsummāda. Et tu ergo cū volū
tatē cordi: simplicitatē operi: hilaritatē vul/
tui cōiunxeris: adde velocitatē: vt sis iuxta
aplm velox ad audiendū: ⁊ ad implendū ve
locior. Quintus gradus est adimplere viri/
liter. Viriliter agite ⁊ ꝓfortet cor vrm: oēs
qui speratis in dño. Non est fortitudinis ire
ad inobediētiam: vel ab obedientia abduci.
Si tribulatio intonat: si pseculio resultat: si
peccatores tibi laqueū ponūt: si maligni tu/
um iter impediūt: tu obediētie viā non dese/
ras: sed dic: paratⁿ sum et nō sum turbatus
vt custodiā mādata tua. Qd enī supⁿ ē enu
meratū paratū est vtilitatis si fortitudo de/
sit: que in arce ꝓstantie virtutes collocat: ⁊ eo
vallo munit quo furētis impetⁿ aspirare nō
possit. Manū tuā misisti ad fortia: agenduz
est instater ⁊ ꝓstater obediendū: nec nō inter
verberū aspitatē tā regalis semita ē tenēda:
sed tenaciori est retinēda feruore. Et vt bre/
uiter dotes fortitudinis cōcludamⁿ: virtⁿ ē
virtutes seruās ac muniens. Junge igit ve
locitati fortitudinē: ꝓstantiā incōstātie: ⁊ tūc
decātabis securus. Qd anⁿ pctōrie non mo
uebit me. Sextus gradus est hūiliter obedi
re. In hūilitate nra memor fuit nre qui fecit
nos. Magna virtus humilitas: sine cuius
obtentu virtus fortitudinis nō solū virtus
non sit: sed in supbie vitiū erūpat. Quā forti
ter currebat saul cū esset paruulus in oculis
suis: quanta philisteorū agmia psternebat:
quantis viribus exerebat gladiuz. Postq
eū tenuit eū supbia et transiuit in affectū cor
dis: debilis ⁊ impotens factus uncir cūciso/
rū armis facile pstratⁿ occubuit. Alpicē re/
gem in quo hūilitas sublimis ⁊ humilis sub
limitas: felici cōpositione intercescunt. Do/
mine inquit nō est exaltatū cor meū neq ela
ti sunt oculi mei: ⁊ ad totū itinerariū eiⁿ sedu
la intentione recurre: et quaqua versuz ocu
los reflexeris: inuenies humilitatis floribus
esse respersum. Audi nanq alibi quid dicat
Fortitudinē meam ad te custodiā. Quā ve/
re loquit iustus iusticie executor. Sunt nā/
q plurimi qui fortitudinē suā non ad deum
s ad inanē gloriā custodiūt: q cōfidunt i vir
tute sua: qui de acceptis virtutib quasi nō
acceperint gloriant: ꝓditori facientes iniuri
am a quo est omne datū optimū et omne do/
nū perfectū. Nē ergo fortitudo in supbiam
trāseat: condienda est sale humilitatis: qz ni
hil pderit fortiter obedire: si ꝓtigerit infelici
ter subperbire. Illi ergo fortitudinē suaz ad
deū custodiūt: qui cum fecerint qd facere de
bent dicere possunt. Serui inutiles sumus:
qd debuimⁿ facere fecimⁿ. Septimⁿ gradus
est: indefinēter obtempare. Non qui incepe
rit sed qui pseuerauerit salⁿ erit. Incipere
multoz est: perseuerare paucoz. Perseue/
rantia singularis est filia summi regis: virtu
tum fructus: earū q cōsummatio totⁿ boni
repositorū: virtⁿ sine qua nemo videbit de/
um nec a deo videbit: finis est ad iusticiam
omni credenti: in qua virtutū cōuentⁿ reue/
rendū sibi thalamū consecrauit. Quid enim
currere pdest: ⁊ ante metā cursus deficere?
Sic currite vt cōprehendatis: dicit apls. O
q pseuerantē pede cursum suū pfecerat qui
dicebat. Cursum cōsumaui. O q lōguz cur
sū felix ille latro cōpleuit: ꝓsūmatⁿ i breui ex
pleuit tpa multa. Benicq ⁊ dñs pphetaruz
loqt. Si ꝓversus fuerit iustⁿ a iusticia sua et
fecerit iniqtatē: oīm iusticiaz ei nō recorda
boz. Vides q q pfūda obliuione virtutes il/
le sepeliant: qs pseuerātia nō insigniuit. So
la est que amatorē obedientie ad regis cubi
culū introducit: vt euz videat in decore suo:
in quē desiderāt angeli pspicere. In via igi
tur ista qua ambulamⁿ: abscōderūt supbi la
queū mihi. Difficilis est via ista: ⁊ grauis spi
nosis anfractibⁿ: multipliciū vinculoz nexi
bⁿ inodata. An tu tibi putas obedientie fru
ctū: cū subditⁿ audit obediētiā: quā multis
expetierat votis: cū ei pcipit qd redoleat di
gnitatē gaudio ⁊ leticia fluitet: potētie fulcia
tur ymagie? E: exrio aūt an tu illi obediētie
meritū assignas: que cum aduersitate proce
dens animū terret audientis: grauis ad au/
diendum: grauior ad implendum: ad tenen/
dum grauissima? Non est ita. Faciendū est

ps. 35.

ps. 119.

ps. 58.

Mat. 10.

2. Thi. 4.

Ezech. 3.